

Jn. Cuius recognicionem sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Laghaholmis anno. domini M° CCC° XL quarto jn. assumptione beate virginis marie.

På frånsidan med yngre hand: Jn dussem breue maket konyneck Magnus ydtlyken vulmechtych tho vorsonynghe vnd ouer eyn komynghe ydtlyker artykel myt den heren yn Eestlant 1343.

Af sigillet (det stora kongliga) fins ett litet fragment.

3818.

1344 d. 15 Aug.

GUDO NIKLISSON lemnar sin hustru Gunhild Haraldsdotter sina gods i Buckefall i utbyte mot de gods i Aketorp, som han förut gifvit henne i morgongåfva. (Jfr N:o 3819).

Orig. på perg. i Sv. Riks Arch.

Omnibus presens scriptum cernentibus Gudho Niclisson Jn Domino salutem sempiternam Nouerint tam posteri quam moderni litteras per presentes me dilecte consorti mee gunnildi haralz dotter bona mea Jn bukkæfall sita cum adiacenciis suis quibuscumque agris. pratis. siluis. pascuis et piscaturis Intra sepes vel extra. prope vel remote positis. pro bonis suis Jn akæthorp sitis que sibi pro dote morghongyæff dicta collata extiterunt. plenis lege. firmacione et raciocio dimisisse Jta quod dicta bona a me meisque heredibus alienata sibi suisque heredibus Jn perpetuum cedant possidenda. Nec ab aliquo vmquam amodo reuocanda Jure quoquam Jn cuius rei euidenciam firmiorem Sigillum meum vna cum sigillis nobilium. domini karuli Jn aalsidhæ prepositi. folkonis dyæcn. petri wagh n necnon Nicholai pætærsson presentibus duxi apponendum Datum anno domini M° CCC° XL° quarto die assumptionis beate marie virginis.

Sigillen: N:o 1, 5 andliga, skadade; N:o 2, Folke Dyakns (en gren med stympade qvistar); N:o 3, fragment; N:o 4 borta, remsan kvar.

3819.

1344 d. 15 Aug.

GUDO NIKLISSON säljer sina gods i Aketorp och Kulla till Nils Petersson för 130 mark penningar. (Jfr N:o 3818).

Orig. på perg. i Sv. Riks Arch.

Vniuersis et singulis ad quorum Noticiam deductum fuerit presens scriptum. gudho Niclisson Jn domino salutem sempiternam Nouerint vniuersi tam posteri quam presentes. me discreto viro nicholao pætærsson bona mea Jn akæthorp et kollæ sita cum pertinenciis suis quibuscumque videlicet pascuis molendinis vel molendinorum locis. agris pratis. Infra sepes vel extra. prope vel remote positis. siluis et piscaturis pro centum triginta marchis ve-

raciter vendidisse Jta quod dicta bona a me meisque heredibus alienata dicto Nicholao et suis heredibus Jn perpetuum cedant possidenda. Nec ab aliquo presencium seu posterorum vmquam reuocanda. Jn cuius rei euidentiam firmiorem sigillum meum vna cum sigillis gunnildis haralz dotter consortis mee. aliorumque nobilium videlicet domini karuli Jn aalsidhæ prepositi. folkonis dyæcn et petri wagn presentibus duxi apponendum Datum anno domini M^o CCC^o XL^o quarto die assumptionis beate marie virginis.

Sigillen: N:o 1, 3, borta, remsorna qvar; N:o 2, »S. Folchonis Dyaconi» (som vid N:o 3818); N:o 4, andligt; N:o 5, »S. Petri Wagn» (en krönt bröstbild på en snedbjelke).

3820.

1344 d. 16 Aug.

Strengnäs.

Biskop FRENDER i Strengnäs utfärdar en stadga, hvarigenom föreskrifves: 1:o Att Kapitlets medlemmar skola vid de större kyrkofesterna sjelfve eller genom någon annan bland Kanikerna infinna sig i Strengnäs domkyrka, med stadgadt vite af en half mark silfver för den som sådant försummar; — 2:o Att när någon Kanik bortgår, den Kanik, som förordnas i hans ställe, skall hålla vikarie för sig under hela året i domkyrkans chor; — 3:o Att när ett kanonikat blifver ledigt, de äldre Kanikerne äga optionsrätt dertill.

Orig. på perg. i Sv. Riks Arch.

Omnibus presens scriptum cernentibus. Frenderus dei gracia Episcopus strengenensis. salutem in domino sempiternam. Nouerint vniuersi tam posteri quam presentes. quod nos cupientes cultum diuinum. nostris temporibus augmentari. et officium ecclesiasticum in nostra strengenensi Ecclesia sollempnius et deuocius peragi quam consueuit. de concordii consensu et consilio dilecti capituli nostri in nomine domini ordinationes et statuta fecimus. edidimus et promulgauimus. que sequuntur. perpetuis temporibus dante domino duratura. Jn primis. quod singulis annis. domino [o: domini] de capitulo strengenensi. apud dictam ecclesiam nostram strengenensem. in festiuitatibus. natalis domini. purificationis beate marie. Pasche. ascensionis. Penthecostes. Corporis christi, apostolorum Petri et Pauli. assumptionis beate virginis. Translacionis beati Eskilli martiris. et omnium sanctorum. residere debeant per se ipsos. vel saltem per alios de canonicis strengenensibus. si forte personaliter huiusmodi sollempnitatibus. vel earum alicui commode nequierint interesse. Hoc etiam statutum pena vallando. cum eiusdem capituli nostri. consensu et consilio. ordinamus. quod quicumque de capitulo strengenensi. in premissis negligens fuerit obseruandis. pro quolibet festo predictorum. in quo nec per se. nec per alium canonicum. vt premittitur. curauerit residere. dimidiam marcham puri. fabrice strengenensis ecclesie applicandam. soluere teneatur. Jtem de consensu et consilio capituli nostri dilecti predicti. vnanimi statuimus et etiam ordinamus. quod cedentibus vel decedentibus canonicis. qui hactenus vicarium